Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26360
Copyright: Admont, Benediktinerstift

recte samech sequitur. que audi. uel firmamentum.
uel adiutorium interpretatur. quod ipse textus indi
cat. Sadi est. Operuisti in furore et percus
sisti. occidisti. nec pepercisti. Samech. au
di. uel firmamentum. uel adiutorium interpretatur. quod
sensus in superioribus uerbis declaratur. Samech.
Opposuisti nubem tibi. ut non transeat oratio. Quia in
preterita non plangunt. nouis peccatis prouo
cant dominum. et cottidie delinquendo inexo
rabilem reddunt. quod sub eadem littera superius
plangitur. Abstulit dominus de medio mei. et cetera.
Non in te abstulit omnes fortes quando populus in
babylonem ductus est. sed quando christus uenit. et
tempus uisitationis sue iudea non nouit. et
noluit captiuam erigere ceruicem. et fidei
suscipere lucem. ideoque christus eradicatio et in
dignatio positus est in medio populorum. Unde
ait. Ego ueni ut non uidentes uideant. et
qui uident ceci fiant. Et. ecce positus est hic in
ruinam et in resurrectionem multorum. Me
rito ergo sublatum adiutorium plangitur. quod
indurato corde reliquerunt. Unde retro
dicitur. Ecce constitui te hodie. Quatuor istis.